

De Vitruvii genere dicendi.

Pars altera.

Scriptisit **Ph. Eberhard.**

Beilage zum Jahresbericht des Grossh. Pro- und Realgymnasiums Durlach
für das Schuljahr 1887—1888.



Durlach.

Buchdruckerei von Adolf Dups.
1888.

1888. Progr.-Nr. 569.

gdu.
64 (1888)

329,116

De Witt v. d. gener. dieendh
1812



Düsseldorf
1812



Cum anno antecedente perquisiverim, quoad in participii et praepositionum usu Vitruviano perspiciantur sermonis vulgaris proprietates, iam vero aliis quoque rationibus syntacticis demonstrabo Vitruvium, quamquam medius interest optimis solutae orationis scriptoribus, non abhorruisse a sermone cotidiano et vulgari et multas praebere verborum structuras et significationes, quae vel apud antiquissimos scriptores, scaenicos potissimum, leguntur, vel postea demum depravatae latinitatis propria esse dicuntur.

Hoc primum intellegamus ex

Enuntiatis condicionalibus.

Imprimis vulgari sermoni tribuendum est, quod verbi tempora ita inter se permiscuntur et tam imminuta vi proferuntur, ut, nullo prorsus discrimine interposito, Vitr. pro futuro primo utatur futuro secundo, itemque pro futuro secundo futuro ut ita dicam tertio. Sic pro „si faciet“ saepe dicit „si fecerit“, similiter in genere passivo et mediali pro „si factum erit“ „si factum fuerit“.

Hae formae: „factus fui, fuerim, fueram, fuisset, fuero“ grammaticis notissimae semper usui erant apud scriptores latinos; sed cum boni scriptores accurate et argute his formis distinguerent temporum rationes (cf. Riemann, Livius, pg. 213), Vitruvius, sicut posterioris aetatis neglegentiores scriptores, nulla causa has formas variavit et immiscuit.

Itaque priusquam ad enuntiata condicionalia ipsa accedamus, de hac

temporum permutatione

respicienda sunt grammaticorum sententiae et scriptorum usus.

Haasius nota 447 ad Reissig. pg. 489 putaverat has formas maxime adhiberi in verbis, quorum part. perf. pass. in adiectivi notionem abiit, cuius usus Kühner § 41, 2, d. duos locos Ciceronis affert. Hoc in Vitr. non quadrat. Ut de futuris tantum condicionalibus loquar, forma illa „si factum fuerit“ invenitur apud Vitr. in verbis, quorum part. perf. pass. in adiectivi usum non abiit, velut: si relictum, conformatum, inductum, fossum, factum, translatum, electum fuerit, nisi exceperis 165, 27; 178, 25; 180, 15. Simplex futurum exactum plerumque adhibet Vitr. in genere activo; in passivo locis 6, 1; 13, 15; 19, 18; 22, 31; 23, 15; 26, 21; 29, 17; 41, 6; 66, 6; 95, 1; 108, 11; 129, 17; 130, 6, 13; 146, 4; 152, 14; 165, 12, 22; 164, 1; 168, 23; 187, 10, 14, 19, 21; 200, 13; 206, 14; 215, 8; 248, 2; 270, 2.

Saepe igitur legimus formas „si fecerit“ pro „si faciet“; tricies: „si factum erit“; centies quinquies: „si factum fuerit“.

Draeger, synt. § 134, huius usus („factus fui, fueram“ etc.) affert exempla Plauti quattuor (Holtze II, 88), Ciceronis quattuor, Sallustii unum (addas ex Braunii prgr. pg. 17: Jug. 109, 3; 59, 2; 93, 1); Livii proprium hunc usum esse multis exemplis demonstrat, explicationem secutus Kühnastii Livian. Synt. pg. 204; omnes locos Livii Riemannus pg. 213—226 attulisse videtur iam distinguens inter locos, ubi „distinctio inter fuero et ero, fuerim et sim, fuisset et essem servata est“, et illos locos, ubi neglecta est. Sic neglecta distinctione Livius adhibet formam „si factum fuerit“ 9, 26, 19; 25, 38, 18; 28, 40, 13; 37, 45, 18; 40, 10, 6; 8, 33, 19; 35, 36, 4.

Praeterea Draeger affert Ovidii exempla tria, Sen. rhet. quinque (cf. Sander, Sen. rhet. prgr. II., pg. 17, qui enunt. condic. affert 363, 12) Suetonii septem (cf. Bagge, diss. pg. 92), Martialis unum, Nepotis plura (cf. Lupus pg. 141, qui undecim locis probat „dass auf das Resultat der Handlung Rücksicht genommen werde“), Justini tria, Gellii et Spartiani singula.

Addam Velleii Pat. locos, quos Georges pg. 52 conguessit, Val. Max. IV., 1, 2; V., 2, 4; IX., 5, 2 (cf. Blaum prgr. pg. 14), Flori „factus fueram“ 2, 2, 7; 3, 3, 6; 3, 21, 12; f. fuissem 2, 8, 6; f. fui 4, 12, 50 (cf. Thome prgr. pg. 13), Sulpicii Severi viginti locos (cf. Lönnergreen diss. pg. 58). Luciferi Cal. Hartel in Wölfflin Archiv III. pg. 39 centum sexaginta locos affert (cf. Vitruv. centum quinque locos) addens „nicht wie in klassischer Zeit hier und da zum Zwecke feinerer Bezeichnung, sondern immer häufiger und ohne Bedeutungs-differenz“. Hoc ad verbum etiam in Vitruv. quadrat.

Sed iam ad enuntiata condicionalia ipsa accedam. Quod Kühnerus II., § 213 a) dicit „si“ coniunctionem cum omnium temporum indicativo coniungi, etiam in Vitruv. quadrat. Singula per-lustrabo secutus Draeg. § 548, 549, 550. Sed ea tantum accuratius proferam, quae abhorrent a bonorum scriptorum usu. Adiungam coniunctionem „cum“, ubi eadem notione atque „si“ adhibetur.

§ 548) A) a): Enunt. secund. ind. praes. — enunt. prim. ind. praes.

Hoc semper usitatum erat; Vitruv. adhibet 150 locis.

d): en. sec. ind. praes. — en. prim. fut. I.

Hoc prisci saepe, boni rarissime, scriptores inde a Livio saepius dixerunt, ut Nep. Sen. Ad ep. Brut. ad Cic. cf. Schirmer prgr. pg. 15. Locis a Draegero allatis addas Cato de agr. 102, 3, 15; 101, 9; 106, 5 (cf. Schöndörffer diss. pg. 67—73) et Sall. Cat. 20, 6 (cf. Braun prgr. pg. 39).

Vitruv. „si“ ita coniungit 14, 5; 28, 9; 55, 4, 18; 75, 4. Simili sensu etiam „cum“ usurpari Draeger § 497, B, 1) a) docet; Vitruv. praebet 55, 19; 71, 10; 177, 15; 209, 25; 257, 3; 262, 16 (Ciceronis nonnulla, Livii, Vergilii singula exempla afferuntur).

177, 15: „cum expenduntur invenientur esse pondo centum“ etiam Rose miratur; expectamus aut „expenduntur—inveniantur“ aut „expenduntur—invenientur“.

e) en. sec. ind. praes., en. prim. conj. praes.

Vitruvii locis coniunctivi non sunt optativi aut potentiales, sed 147, 14 et 98, 22 sunt iussivi; 210, 1 coniunctivum ab „ut“ dependentem recte editores restituerunt.

B) a): en. sec. ind. perf. — en. prim. ind. perf.

Sic boni quoque; Vitruv. praebet 66, 23.

b) en. sec. ind. perf. — en. prim. ind. praes.

Sic Plaut. Ter., Cic., Sall. saepius, Lucret. saepissime. Locis a Draegero allatis addas Cato de agr. 88, 7 (Schöndörffer diss.). Celsi locos (Brolen diss. pg. 33) Vitruv. sic adhibet „si“ 9, 1; 17, 18; 66, 10; 173, 20.

Simili sensu adhibetur „cum“ (jedesmal wenn) (Draeg. § 497, B) 2) e) β), qui affert locos Plauti, Ciceronis, Caesaris, raros Livii, Taciti, plures poetarum). Vitruv. praebet: 28, 2; 39, 15; 44, 27; 53, 14; 54, 3; 68, 13; 104, 6; 139, 15; 168, 10; 178, 15; 193, 24; 221, 19; 226, 7, 16; 242, 10; 252, 23; 254, 7, 14; 255, 9; 256, 12. 194, 9 legimus: „ea de aqua per potiones cum cum in corpus iniit et — nervos attingit — eos durat inflando“. Ibi „cum iniit“ idem est ac „postquam iniit“, „cum attingit“ autem idem ac „si attingit“.

Minus bene explicatur variatio modorum 67, 9: cum ad superlationem crescat, ἐπεκτό (dicunt), cum facta sunt octo, — tertiarum alterum, — cum facta sunt novem, sesquialterum. 244, 1 occurrit illud perfectum cum „fui“ compositum: scansionum autem est, cum machinae ita fuerunt conlocatae. Sed ibi fortasse cum editoribus levissima mutatione scribendum est „fuerint“. Recte „et cum“ interserit Rose 175, 23. Recte Rose 54, 23 scribit „recipit“.

Sed sine dubio „cum“ idem est ac „postquam“ 121, 1; 177, 8, 11, 17; 182, 11, 21; 188, 20; 195, 3; 200, 7, 18; 221, 19; 226, 7 contra 11, 23; 227, 1, 2, 23 contra 17. Adde locum difficilem 192, 26 (ubi antecedit „cum concessivum“ cum indicativo coniunctum!). 242, 10 Rose ipse miratur Vitruvium „respondit“ scripsisse pro „respondet“.

C) a) en. sec. ind. impf. — en. prim. ind. impf.

Plaut. Cic. Lucr. Sall. (loco Cat. 16, 3 adde Jug. 94, 2) interdum. Vitruv. si: 18, 25; 19 1.

f) en. sec. ind. plsqpf. — en. prim. ind. impf.

Draeg. Ennii, Terent., Lucret., Sall. singulos locos affert. Vitruv. praebet „cum“ 18, 27. (Draeg. § 497, C, 4, d, pg. 566).

D) a) en. sec. fut. I. — en. prim. fut. I.

Cato saepe (locos de agr. collegit Schöndörffer diss. pg. 67—73), Plaut. Ter., Lucret. sedecies, Cic. raro, Sall. Hor. Ov. Sen. Cels. — Vitruv. si: 13, 18, 22; 14, 13; 16, 2, 7; 24, 10; 77, 2; 78, 15; 89, 18; 95, 9; 108, 9, 19; 118, 2; 119, 7; 148, 15; 152, 7, 22; 165, 14; 186, 25; 187, 5, 10; 205, 1; 206, 6; 213, 23; 185, 16.

164, 24 fut. I. et III. inter se coniunguntur: quod si bene temperabitur et recte fricatum fuerit, ab omnibus vitiis erit tutum. 142, 3 codices et „utamur“ et „utemur“ praebent, sed cum paulo post sequetur „utemur“, hoc quoque loco „utemur“ in archetypo extitisse putandum est. Etiam 255, 12 recte restituitur „circumagentur“.

sin autem: 40, 9; 77, 16; 95, 2; 98, 21; 144, 10; 169, 14; 206, 21; 207, 14; 208, 14; 238, 22; 247, 1; 256, 24. „Cum“ coniunctionem prorsus eadem notione adhiberi demonstrant exempla a Draegero allata § 497) A) 2) a. Semper usui erat. Vitruv. praebet 14, 22; 16, 3; 26, 20; 29, 17; 53, 3; 69, 2; 154, 14, 15; 165, 25; 166, 3; 167, 22; 185, 22; 208, 8; 256, 22; 264, 16; 241, 6 Rose codicum „ingrediatur“ mutavit in „ingredietur“, non necessario, nam a „cum“ coniunctione non abhorret conjunctivus, „si“ particulam a Vitruvio sic adhiberi (en. sec. conj. praes., en. prim. ind. fut.) infra demonstrabimus, Vitruvii autem inconstantiam in una eademque re tractanda qui cognoverit non offendetur, nam in describenda horologia anaphorica dicit: (240, 27) cum sol fuerit in capricorno, — lingula — extrudit. (241, 5) cum autem — lingula ingrediatur (sic. codd.) in aquarii puncta, discedet foramen — et aqua — cogitur. — (241, 10) aquarii vero — punctis — scandens — praestat —. (241, 12) ab ariete — peragens — et rediens — extenuatur. (241, 17) a cancro cum proclinat et peragit —, contrahit horas. Vides varietatem; cf. 76, 16; 264, 10.

b) en. sec. fut. II., en. prim. fut. I., semper usitatum erat.

Vitruv. „si“ ita coniungit quinquaginta tribus locis, „cum“ viginti uno loco (ut secundum Draeg. § 497, A, 2) b) etiam Cato, Ennius, comici interdum fecerunt), relativa novem locis.

Cum Vitruv. pro fut. II. saepe adhibeat fut. III. (si factum fuerit) invenitur en. sec. fut. III., en. prim. fut. I. coniunctum cum „si“ viginti septem locis; fut. III. et II. adhibetur 40, 7: si in

vestimentum candidum ea coniecta fuerit, postea excussa id non inquinari neque ibi terra subsiderit, erit idonea. sin autem non erunt harenaria — tum de fluminibus — erit excernenda. „cum“ ita coniungitur decem locis; permiscetur fut. III. et II. in en. sec. post „si“ undecim locis, post „cum“ 14, 1.

c) en. sec. fut. II., en. prim. fut. II.

Hoc rarum est, multis deest; Ciceronis nonnulla exempla Draeger § 138 affert, sed ibi suo iure fut. II. adhibetur; Vit. autem prorsus eadem notione adhibuit, atque fut. I.: 116, 5: si qui ratiocinationibus his attenderit, — facilius valuerit efficere theatrorum perfectiones.

variantur futura 154, 14: cum magnificenter opus perfectum aspicietur, — impensae laudabuntur — officinatoris probabitur exactio, cum vero venuste — habuerit exactionem, tunc fuerit gloria architecti.

d) en. sec. fut. I. en. prim. fut. II.

Draeger Plauti unum, Terentii duos locos affert. Vit. „si“ ita coniungit 13, 10: si aedes ionicae construentur, habita erit ratio mediocritatis, cf. 144, 7; 215, 5.

f) en. sec. fut. I. — en. prim. ind. praes.

Cato sic adhibet, Plaut., Ter., Lucr., Cic. bis periphrastice. Vit. „si“: 96, 10; 203, 27; 213, 14; 243, 1.

„sin autem“ 95, 15; 97, 21; 151, 26; 185, 17; 206, 14.

„cum“ coniunctionis ita coniunctae Draeger § 497, B, 1, b) rara exempla affert, Cat. Plaut. Ter. Val. Max. singula, Cic. quattuor. Vit. 12, 27: statione (sc. perficitur), cum Jovi — aedificia sub diu hypaethra constituentur, cf. 209, 1.

en. sec. fut. II. — en. prim. ind. praes.

Vit. „si“: 187, 21; 252, 8; 277, 10; 281, 19.

„sin autem“ 81, 10; 96, 7 contra 11; 129, 9; 209, 9.

„nisi“: 7, 18; 22, 18; 52, 17; 65, 7; 71, 7; 154, 21; 173, 21; 184, 9.

109, 24 „evagantes“ idem est ac „qui evagantur.“

„cum“ 13, 14; 18, 21; 26, 1; 41, 20; 42, 18; 54, 14, 16; 61, 17; 113, 20, 21; 154, 17 contra 141, 14; 110, 5; 168, 23; 187, 19; 206, 14; 208, 17, 19; 215, 8; 221, 12; 222, 4, 7; 240, 27; 224, 25; 249, 3; 255, 18. Miscetur futura 163, 3; 208, 11; 213, 14.

en. sec. fut. III. — en. prim. ind. praes.

si: 89, 17 contra 18; 129, 3; 203, 9; 210, 3.

nisi si (etiam Sulpic. Sever. semel cf. Lönergreen diss. pg. 74) Vit. 168, 18.

(hoc „nisi si“ quinquies etiam ita coniungitur apud script. hist. Aug., cf. Cotta diss. pg. 58).

cum: 20, 24; 38, 25; 40, 15; 41, 24; 47, 26 contra 48, 1; 108, 13; 113, 26; 138, 27; 145, 6; 152, 10 contra 8; 25; 165, 19 contra 22; 167, 1, 24; 227, 14.

relativa: 48, 25; 49, 2; 168, 28.

miscetur fut. II. et III. 200, 13; 205, 4; fut. I. et III. 20, 24.

h) en. sec. fut. I. — en. prim. conj. praes. hort.

Draeger affert nonnulla exempla coniunctivi dubitativi, potentialis, hortativi, iussivi ex Plaut. Ter. Cic., quibus addas Catonis exempla (ex Schöndörffer, de Cat. de agr. prgr. pg. 69) coniunctivi iussivi, cum in en. sec. exstet fut. I.: 12, 7; 91, 7; 93, 1, 2; 94, 9; 98, 15; 99, 9; 104, 4; 40, 11.

Vitr. sic adhibet „si“: 72, 5; 74, 22; 77, 11; 91, 16; 93, 10, 12, 22; 94, 19, 24; 96, 12; 97, 3; 108, 3, 21; 114, 17; 122, 23; 123, 7; 130, 18; 141, 21, 22; 143, 14, 25; 162, 16; 163, 10, 13 contra 14; 204, 25; 207, 17, 21; 233, 17; 247, 6; 118, 18.

95, 20 codices exhibent: et si extracti futuri sunt, quam minutissimis caementis struantur. Sed Rose recte suspicatur: „si ex structo futuri sunt“, nam „extracti futuri sunt“ prorsus singularis esset locutio, „ex structo“ autem bene quadrat ad „ex marmore aut quadrato saxo“.

„sin autem“ 75, 20; 93, 23; 101, 3; 105, 29; 115, 6; 123, 3; 142, 23; 148, 17; 165, 1; 166, 17; 170, 12; 207, 18, 22; 211, 2. 130, 21 „erit“ praeferendum videtur, quod in huius capituli paragraphis plerumque futura I. et II. promiscue adhibentur.

cum (Draeg. § 497, B) 1) b) 55, 16; 119, 15; 141, 13, 24; 180, 17.

relat. 153, 19. Conj. ab „ut“ dependet 94, 28.

en. sec. fut. II. — en. prim. conj. praes. hort. Brolen diss. affert Celsi locos (pg. 33).

Draeg. affert Plaut. Trin. 347. Vitr. saepe sic adhibet

si: 18, 1; 47, 10; 116, 1; 125, 4; 163, 13; 170, 4; 178, 24; 183, 9; 206, 3, 4.

sin autem: 108, 5 contra 4; 125, 24; 129, 26; 143, 7; 147, 17; 162, 18; 170, 3; 206, 3.

nisi: 6, 7. nisi si 105, 28. Hoc „nisi si“ occurrit etiam 168, 18; 191, 19, et secundum Draeg. § 557, f. 2 nunquam inauditum erat, sed recte Schmalz lat. Synt. § 300 abundantiam hanc vocat sermoni vulgari propriam. „cum“ (secundum Draeg. § 497, A) 2) etiam Cic. saepius, Verg. Tib. Ov. sic adhibuerunt) 41, 6; 46, 10; 99, 9; 130, 6; 165, 22; 179, 17; 207, 3; 270, 2; 178, 25.

relat. 108, 3; 117, 4; 118, 5, 8; 126, 12, 21; 141, 6, 8; 142, 22; 147, 26; 170, 1, 7; 213, 26; 234, 1.

dependet conj. en. prim. ab „ut“ vel aliter, cum en. sec. coniugatur cum

si: 10, 8; 73, 2; 80, 9; 91, 12; 96, 1; 129, 10; 164, 1; 166, 16; 209, 4; 276, 8.

cum: 6, 16; 80, 23; 121, 16; 126, 16; 140, 1; 207, 7; 248, 2; 264, 9; 265, 17.

relat.: 117, 12; 122, 14; 125, 12; 128, 4; 130, 13; 215, 3; 256, 20; 263, 16.

en. sec. fut. III. — en. prim. conj. praes. hort.

si: 72, 3 contra 5, 6; 148, 6. nisi: 166, 2. cum: 22, 28; 130, 15; 140, 1; 153, 21; 165, 9 contra 12; 164, 7, 15; 166, 7; 168, 4; 169, 19; 170, 8; 269, 22; 270, 9. relat. 130, 5, 17, 19; 211, 18; 264, 3; 153, 15. Miscetur fut. I., II., III: 163, 21; 179, 17; 211, 5. dependet conj. en. prim. ab „ut“ vel aliter, cum in en. sec. extet si 11, 3; 165, 16; cum 37, 30; 109, 9; 141, 2. 105, 12 Jocundus recte scribit: „si dentur“.

Jam videamus modum potentialem.

Usitatissima forma est ea, quam Draeg. affert

§ 599) a) α): en. sec. conj. praes. — en. prim. conj. praes.

Vitruvii exempla non satis quadrant, nam ibi conjunctivi enuntiati primarii nunquam potentiales sunt, sed hortativus est 75, 11 (sic Cato de agr. quater: 14, 15; 28, 6; 14, 12; 15, 1.)

dependet ab „ut“ 21, 2; 22, 2; 74, 9; 163, 23; 209, 22.

133, 16 totum enuntiatum coniunctivo profertur. Etiam eis locis, ubi „cum“ in en. sec. cum conj. coniunctum est, conj. enuntiati primarii ab „ut“ dependet, ad quem coniunctivum etiam enuntiati secundarii modus conformatus est; sunt loci 109, 14; 114, 18; 125, 16; 127, 8; 139, 4; 152, 8 contra 10; 168, 1; 212, 8; 221, 3; 263, 14; 277, 15. addas fortasse 121, 15 et 264, 9.

Sed § 549) b) α) Draeg. docet in enuntiato primario pro potentiali etiam indicativum praesentis inveniri, saepissime apud comicos, apud Lucretium quater decies, apud Cic. raro, apud Caes. Sall. Hor. singulis locis, apud Livium rarissime, multo saepius apud Tac. Plin. Vopisc. Lactant. Adde Catonis de agr. tres locos ex Schöndörfferi diss. et quod Lönnergreen diss. pg. 79 affirmat etiam apud Sulpic. Sever. in en. sec. conj. praes. D, 2, 11, 6 vel perf. D, 1, 4, 6; 1, 10, 1; 3, 16, 1, in en. prim. ind. praes. vel fut. saepius legi. Etiam H. Blase, de modorum temporumque in enunt. condicional. permutatione, caput II. amplius de hac re disserit. cf. etiam Schmalz Synt. § 300.

Vitr. sic coniungit „si“ 38, 24; 41, 19; 129, 1; 177, 17; 186, 9; 203, 8.

Quomodo tempora inter se confundantur et permisceantur docet locus 208, 11, ubi etiam conj. pot. perf. in en. sec. exstat, et in en. prim. ind. exstat propter „necesse est“: quod si caput habeat libramenta ad moenia, montesque medii non fuerint altiores, — necesse est substruere — cf. similem locum, ubi varia cumulantur:

63, 4: ipsique artifices si polliceantur —, si non pecunia sint copiosi seu — habuerint notitiam, aut etiam — cum fuerint imparati, — auctoritates non possunt habere (cf. Kühner II., § 214, 3, not. 1).

nisi: 37, 12; 40, 12; 59, 8; 170, 25; 182, 15.

etiam „cum“ condicionali notione sic usurpatum videtur 123, 24, 27; 220, 22; 123, 20. 109, 26 dubitari licet, utrum condicionalem an causalem vim habeat; 193, 9 exemplum fictum est; 16, 27 Jocundus recte indicativos en. prim. restituit.

§ 549, b, β) Draeger docet, in.

en. sec. conj. praes. — en. prim. ind. fut.

inveniri apud Plaut. Ter. Lucr., apud Cic. raro (adde Brutus ad Cic. 1, 16, 1: si nolit, non erimus), deesse Caes. et Liv. et paulatim evanescere, cf. Kühner II., § 214, 6). Lönnergreen diss. pg. 80 ex Sulpic. Sev. affert M 21, 2; D 2, 7, 4.

Vitr. praebet „si“ 27, 7; 103, 8; 177, 20; 179, 14, 18; 184, 13; 214, 10, 14; 237, 2.

30, 19 pro „sit dedicata“ expectamus „erit“ — vel „fuerit dedicata“. 223, 20, sq. coniunguntur in en. sec. conj. praes. et perf.

Miscetur ind. praes. et fut. I. in en. prim. 41, 19: saxa si — in structuram coiciantur, non solidescunt nec eam poterunt continere. (pergit: cum vero — amiserint — virtutem, — relinquuntur). „cum“ sic coniungitur 76, 16 et 264, 10, 13. (cf. Plaut. Asin. 699).

In his exemplis saepe indic. in en. prim. adhibetur, quod verbum en. prim. omnino indicativo modo profertur, ut sunt verba necessitatem vel facultatem significantia, velut 63, 5 possum, 59, 8 potest, 170, 25 possunt, 237, 2 poterit, 208, 11 necesse est, 223, 24: necesse erit 179, 14 sic erit faciendum: cuius usus Blase l. l. pg. 41 extr. multa exempla affert. Plerumque etiam en. sec. conjunctivus praeter normam adhibetur pro indicativo. Sed etiam ea verba, quae necessitatem vel facultatem exprimunt, coniunctivo modo proferuntur 155, 11; 245, 17; 250, 20; cf. Plaut. Pers. 173.

Jam coniunctivum irrealem

videamus, Dräger § 550, a); Kühner II., § 215. Suo iure legitur in

en. sec. conj. impf. — en. prim. conj. impf.

si: 42, 14; 46, 6; 60, 12, 15; 192, 6; 197, 7, 19; 223, 3. nisi: 198, 6.

In en. sec. conj. plsqpf. — en. prim. conj. plsqpf. legitur si: 155, 11; 245, 17 contra 19 et 20. nisi 155, 18, 19; 245, 15; nusquam vero sine offensione. Nam 155, 11, 19 pro conj. plsqpf.

in en. prim. expectamus conj. impf. Etiam in script. eccl. in en. sec. coniunctivos impf. et plsqpf. inter se misceri (non in en. condicionalibus potissimum, sed omnino) Koffmané, Gesch. d. Kirchenlateins pg. 121 docet, item monet a Dracontio V. 261 conj. plsqpf. pro conj. impf. adhiberi Westhoff diss. pg. 10. Vitruvius delectari videtur amplioribus formis, quales plsqpf. praebet, velut: potuissemus, fuissent. 245, 14: „cibi vero non habuissemus abundantiam, nisi iuga — essent inventa“ „habuissemus“. pro „haberemus“ dictum videtur propter plsqpf. „essent inventa“. 250, 20: „neque hoc potuisset fieri nisi primum propinquitas esset“ conj. impf. enuntiati sec. explicari potest, nam haec propinquitas etiam nunc valet, (itaque quadrare videntur Draegeri exempla § 550) a) med.: Ter. duo, Lucr. Cic. singula) sed „primum“ appositum, quod significat, actionem en. sec. priorem esse, conj. plsqpf. postulare videtur.

62, 20, 29. Vit. sic ratiocinatur: „utinam — natura explicata et apparentia ea constituisset! si enim ita **fuisset**, non solum laudes aut vitia ad manum aspicerentur, sed etiam disciplinarum scientiae — non incertis iudiciis probarentur, sed — doctis — auctoritas — adderetur. Similiter 64, 7: si ita sensus et sententiae — perlucidae **fuisent**, non gratia neque ambitio valeret, sed si qui veris certisque laboribus — pervenissent ad scientiam summam, eis ultro opera traderentur“. Utrouque loco pro „fuisent“ expectamus „essent“, cetera omnia bene procedunt. Vis temporum secundorum, quae vocantur, plsqpf. et fut. II., apud Vit. sicut apud posteriores depravatae latinitatis scriptores et omnino in sermone vulgari, imminuta, confusa detrita est. Hoc optime intellegitur ex loco 245, 16, sq. ubi in una eademque sententia primum plsqpf. conjunctivi in en. sec. et prim. nullo iure, sed mera negligentia vulgari adhibentur pro conj. impf., deinde ipsi conj. impf. recte adhibentur. Legimus enim: sicularumque — si non fuisset torcularis praeparatio, neque olei nitorem neque vitium fructum habere potuissemus —, portationesque eorum non essent, nisi plostrorum — inventae essent machinationes.

Ut enuntiata condic. per ellipsin formata brevi afferam, en. sec. deest 242, 18; en. prim. latet 109, 22; 70, 19; 274, 17. addas Rosii coniecturam 160, 8: mirum, ni.

Jam ut omnia in unum conspectum proferam, quem conferas cum Schmalz lat. Synt. § 297, Vit. enuntiata condicionalia saepe ita formavit, ut Cic. alique boni scriptores aut raro, aut nunquam formaverunt, adhibuit enim Vit., id quod

prisci saepius, boni raro		Cic. omnesque ceteri raro		Cic. nunquam, ceteri raro	
		adhibuerunt, in enuntiato			
sec.	prim.	sec.	prim.	sec.	prim.
ind. praes.	fut.	fut. II.	fut. II.	ind. plsqpf.	ind. impf.
fut.	fut.	fut. I.	ind. praes.	fut. I.	fut. II.
conj. praes.	ind. praes.	fut. I.	conj. praes.		
conj. praes.	fut.		hort.		

Jam in enuntiatis condicionalibus vidimus, Vitruvium

in temporum usu

non satis accuratum et diligentem esse. In aliis quoque enuntiatis, secundariis et primariis, hoc perspicere possumus. Non solum novae formae existunt, velut „factus fui, fueram, fuero“ pro „f. sum, eram, ero“, inter quos sermonem vulgarem non distinxisse Schmalz Synt. § 27 et 28 docet, sed etiam usitatae formae temporum ita inter se confunduntur, ut interdum plsqpf. perfecti vel imperfecti locum teneat, fut. II. locum futuri I.

Atque primum quidem exeeptis enuntiatis condicion. tales novae formae inveniuntur:

3, 3: quod fuit propositum; 49, 14: fuerunt adlatae; 104, 1 fuerunt secuti. 3, 1 codicis H. „confisi fuerunt“ Rose in textum recepit; codicis G. „confisi fuerant“ vel magis responderet antecedenti „contenderant“. Expectamus: „confisi erant.“ „conf. fuerunt“ conformatum videtur ad antecedens „potuerunt“; sequitur etiam „perdidicerunt“. Similiter 63, 20 Vit. „fuerunt deserti“ scripsisse videtur, quia in hac tota pagina perfecta leguntur.

20, 11 fuerat conlocatum, cf. 86, 26; 244, 2 pro „fuerunt conlocatae“ fortasse scribendum est „fuerint conlocatae“, cf. Draeg. 548, B., b; 52, 8: licitum fuerat (hanc formam pro „licuit“ usurpatam Schmalz, nichteic. Briefe pg. 97, vulgari sermoni tribuit; inde veteres poetae receperunt. „licitum fuisset“ invenitur Cic. ep. ad Octav. § 1; idem affert Georges lex. II., 575 ex Livio, addit Ciceronis: quod licitum esset). 87, 3: fuerat nominatus; 150, 4: fuerat institutum 156, 25: fuerat designatus; 174, 5: fuerat ornatus 216, 8: factum fuerat; 237, 8: fuerat natus 252, 2: fuerat detecta (v. infra); 277, 22: fuerat compacta 279, 4: fixae fuerant; 280, 20: fuerat constitutum 282, 14: profusa fuissent.

Aequae conformatum est fut. periphrasticum 283, 14: quo emersum facturi fuissent.

Plsqpf. pro perfecto adhibetur, quoad codices exhibent 252, 1: (aries) percussit saxum, ex quo crusta candidissimo colore fuerat deiecta“. Ibi expectamus „est deiecta“. Itaque dudum Marinius corrigendum putavit „fuit deiecta“. Dubito, utrum corrigamus, an gaudeamus codicibus vulgari sermonis vestigium servari, nam hunc usum (plsqpf. pro perf.) Schmalz, lat. Synt. § 24, nota 2 vulgari sermoni tribuit, comicis, Cornif., Catullo, Petron., Sen., posterioribus; boni raro. (Draeg. § 130, b).

Pro imperfecto (vel perf.) adhibitum videtur plsqpf. ind.:

31, 15: fuerat enim amplissima statura

251, 20: Pixodarus fuerat pastor. is in his locis versabatur

274, 10: testudinis — comparatio eadem ratione perficiebatur. habuerat autem intervallum —

280, 18: Diognetus fuerat Rhodius architectus, et ei — quotannis — certa merces tribuebatur.

283, 15: Tum — Trypho Alexandrinus ibi **fuerat** architectus. is intra murum plures specus **designavit** et fodiendo terram **progrediebatur** extra murum (vides varietatem temporum). ex his in una fossura quae contra hostium specus **fuerat** vasa — sonare coeperunt.

281, 4: is — comparavit helepolim —, cuius altitudo fuerat — ipsa autem machina fuerat pedum —.

284, 1: Massilitani — totam quae fuerat ante murum fossam altiore fossura depresserunt.

156, 7: reges Attalici — cum egregiam bibliothecam Pergami — instituissent, tunc item Ptolemaeus — ad eundem modum contenderat Alexandriae comparare.

Item conj. plsqpf. pro conj. impf. adhibetur:

85, 18: in ea aede cum voluissent columnas collocare —, dimensi sunt virilis pedis vestigium, cf. 237, 10; 283, 6. 131, 22 miscentur: cum autem eius comites in patriam reverti voluissent interrogarentque eum —, tunc ita mandavit —.

In describenda testudine Hegetoris 277, 18 ad 279, 22 plerumque plusquamperfecta adhibentur pro perf. vel impf., sed nulla certa ratione interdum immiscentur imperfecta vel perfecta, nullo discrimine interposito.

Ita plsqpf. pro perf. secundum Draeger §. 130, B) adhibetur a comicis, Cic. Caes. raro, Sall. saepissime, Livio interdum, Seneca cum verbis dicendi, Tacito septies, Apuleio, Africanis.

Apud auct. bell. Hisp. reperit Degenhart prgr., ex Floro affert Thome prgr. 1, 16, 10; 1, 3, 1; Kühnast Liv. Synt. pg. 215: „häufiger Tempuswechsel, besonders der Praeterita, selbst in coordinierten Sätzen“; a Curtio saepe adhiberi Vogel pg. 39 monet, item Krah prgr. II., 1; Val. Max. adhibet I., 6, 6; VII., 3, 6, cf. Blaum prgr. Jam vero in Sulpicio Severo collegit Lönnergreen diss. pg. 56 plsqqfct. pro perf. usurpatum quinquaginta tribus locis, plsqqf. pro perf. decem locis; Thielmann, Apollonius roman pg. 39 affert 20, 19; 21, 5; 26, 2; 26, 7. „Es scheint, dass der Gebrauch ausgegangen ist von der Form „fueram“; diese trat als kräftiger für das Impf. „eram“ ein. Etiam Luciferum Cal. Hartel Archiv III, 51 docet hoc plusqpf. adamare.

Jam suspicari possumus Vitruvium etiam

in temporum consecutione

quae vocatur non satis accuratum fuisse. Ac re vera res ita se habet. Sed frustra quaesiveris causam aliquam occultam, cur Vitr. in eodem enuntiato secundario causali, consecutivo, relativo cum eodem verbo en. prim. deinceps coniungat praesens et impf. Quod boni scriptores non sine causa fecerunt, apud Vitr. nihil est nisi inconstantia quaedam vulgaris, quae et in temporibus et in modis enuntiatorum vel sec. vel prim. perspicitur. Legas locos:

37, 26: ex his ergo congruentibus cum res omnes coire nascique videantur et eae in infinitis generibus — essent disparatae, putavi oportere — quas haberent in aedificiis qualitates exponere, uti cum fuerint notae, non habeant — errorem — (cf. Cael. Ruf. VIII., 1, 1 et VIII., 8, 2 Burg, diss. pg. 29). 49, 17: — Mausoli domus cum — marmore omnia haberet ornata, parietes habet latere structos — cf. Caelius Rufus VIII., 10, 1 (Burg diss. pg. 28) 83, 21: tertio (volumine) de aedium sacrarum dispositionibus — quot habeant species earumque quae sint — distributiones, ex tribus generibus, quae subtilissimas haberent — quantitates, ionici generis moribus docui.

158, 22: Democrit. et Anaxag. de eadem re scripserunt, quemadmodum oporteat — lineas — respondere, uti — certae imagines — redderent speciem et quae in directis — frontibus sint figurata, alia abscedentia alia prominentia esse videantur.

162, 6: Cum et antiqui nostri inveniantur — fuisse magni architecti et nostra memoria satis multi, et ex his pauci praecepta edidissent, non putavi silendum —. 50, 28 sq. conspicitur — sub sinistram secretus — portus ita ut nemo possit quid in eo geratur aspicere, ut rex ipse — remigibus et militibus — imperaret.

104, 20: ordinationes institui, uti non sint quaerentibus separatim colligenda, sed — in singulis voluminibus generum haberent explicationes.

138, 13: quodsi ita est, uti dissimiles regiones — sint comparatae, ut etiam naturae gentium disparibus qualitatibus nascerentur, non dubitemus aedificiorum quoque rationes apte distribuere.

Ita res simillimae interdum diverso tempore proferuntur: 36, 23: primo volumine putavi quibus — disciplinis esset ornata (architectura) exponere — et et quibus rebus esset nata, dicere. itaque quid oporteat esse in architecto, ibi pronuntiavi.

47, 14: ordine structum opus poterit esse sine vitio sempiternum, quod cubilia — non protrudent opus neque orthostatas — labi patiuntur. (Etiam Rose miratur).

Idem accidit in en. prim. 46, 29: paries — non cito fiet evanidus, sed ab his continetur,

Saepe, cum tota aliqua pagina, caput, paragraphus uno eodemque tempore proferatur, uno vel altero loco subito aliud tempus existit. Ita 13, 14 et 14, 6 praesentia leguntur inter alia omnia futura a 12, 24 ad 14, 10; cf. 265, 23. fut. inter coniunct. hort. 98, 14; fut. inter ind. praes.

71, 1, 10, 27; impf. inter perf. 273, 3 contra 7; perf. inter impf. 150, 10, 15. Multis paginis semper inter se miscentur tempora, velut 33, 14 ad 34, 20; 69; 277, 18 ad 279, 22; 283.

Idam accidit in modis; legas locos:

38, 1: non enim de harenoso — luto — sunt ducendi, quod ex his generibus cum sint ducti, primum fiunt graves, deinde cum ab imbribus — sparguntur, dilabuntur —.

47, 25: isodomum dicitur cum omnia coria aequa crassitudine fuerint strueta, pseudisodomum, cum impares — ordines — diriguntur.

60, 23: de singulis generibus quibus proprietatibus — videantur esse comparatae quibusque procreantur rationibus exposui.

111, 1: continuata vox — efficit terminationes non apparentes —, uti sermone cum dicamus sol lux flos vox. Sed 111, 9 (per distantiam) inconstans apparet sensibus, uti in cationibus cum — varietatem facimus modulationis. 178, 1: cumque in veste intextum est aurum eaque vestis contrita — usum non habeat honestum, panni — comburuntur. 196, 6: cum — per bituminosam terram vis erumpit aquae, secum extrahit, et cum sit egressa extra terram, secerinitur*. Similem inconstantiam modorum de Caelio Rufo Burg diss. pg. 30 observat, ubi quattuor locos affert. Ita 120, 20 conj. legitur inter alios omnes ind., pg. 69 praes. fut. ind. conj. miscentur.

Cf. Hartel, Lucifer v. Cagliari, Wölflin Archiv III., 51: in coordinierten Sätzen stehen ohne irgend einen erkennbaren Unterschied d. Sinnes (bei Lucifer) Ind. u: Conj. nebeneinander u. dienen — nur dem — Streben — nach Abwechslung; und dieser Wechsel findet sich sogar in Hauptsätzen. — Diese Verwendungen d. Conj. zeugen deutlich, dass das Gefühl für die Bedeutung dieses Modus im Erlöschen begriffen war. Wir werden uns aber — hüten — nach einer besonderen Begründung aus dem Gedanken zu suchen. (Confert Oehler index Tertull.; Gölzer, Hieronymus, pg. 359; Leo, Venant. Fortunat. pg. 407; Engelbrecht, Claudian. Mamert. pg. 223).

Idem pg. 54: Wie d. Gefühl für die schärferen Unterschiede der Modi sich abstumpfte, so vermissen wir vielfach die der klassischen Sprache eigenthümliche Feinheit in d. Anwendung d. Tempora. Weniger tritt dies in Hauptsätzen hervor (Vorliebe für plsqpfet.). Besonders aber kommen d. abhängigen Sätze mit ihren Verstößen gegen d. consecutio temp. in Betracht, welche so wenig beachtet ist, dass selbst in Gliedern desselben Abhängigkeitsverhältnisses die Zeiten wechseln*.

Haec omnia etiam de Vitruvio dici posse nemo negabit.

Cum non multum distinguat Vitruvius inter indic. et coniunct. in enuntiatis secundariis, non miramur

„cum“ temporale

interdum etiam coniungi cum indicativo, cum plerumque coniungatur cum coniunctivo. (cf. Schmalz Synt. § 269) „cum“ idem est atque „dum“ 219, 22: — „sex signa — supra terram cum caelo pervagantur, cetera sub terram subeuntia ab eius umbra obscurantur“. Huius usus Kühner II., § 202, I.) 1) 1) a) exempla affert ex Plaut. Ter. Cic. cf. Draeg. § 497, A.) 1).

„cum“ notione nostri „als“ ex usu cum conj. impf. coniungitur triginta locis 1, 1 sq.; 1, 9; 31, 8; 36, 23; 131, 22; 156, 17, 26; 157, 5, 7; 161, 13; 174, 6; 176, 12; 203, 15; 215, 20, 22; 249, 28; 250, 16; 251, 14, 22; 252, 4; 273, 15; 281, 9; 283, 10, 27; 284, 7, 10; adde 250, 9; 237, 17; 183, 20; 237, 11 (cf. Draeg. § 496; Kühner II., § 204, II.), notione „nachdem“ cum conj. plsqpfet. quinquaginta locis, 1, 17; 5, 1; 31, 13, 20; 32, 5, 17; 33, 20; 35, 25; 51, 8, 12, 13, 20; 59, 18, 19; 60, 3, 4, 6; 85, 12, 22; 88, 24, 28; 90, 23; 131, 15, 22; 156, 9, 12, 18, 24; 157, 20, 24; 173, 24, 25 (174, 6 subito intercedit conj. impf.) 174, 7; 178, 20; 214, 20;

215, 12, 24; 216, 5, 4; 237, 10, 20; 245, 4; 251, 3; 272, 24; 280, 21, 25; 282, 17; 283, 4, 6; 284, 14 nisi quod conj. impf. expectamus 85, 18: — „cum voluissent columnas collocare —, dimensi sunt virilis pedis vestigium“.

Variatur 36, 1: cum ergo haec ita fuerint primo constituta et natura non solum sensibus ornavisset gentes, sed etiam — armavisset mentes et subiecisset cetera animalia —, tunc vero — ad mansuetam perduxerunt humanitatem.

Cum indicativo vero coniungitur (Kühner II., § 202, I.) 1) 1) b) perfecti, cuius usus Draeger § 497) A) 3 et C) 1) affert Plauti sedecim locos, Ter. septem, Cic. multos, Sall. Caes. Liv. nullos, Livii multos: 157, 2: cum ab singulis sententiae sunt rogatae, sex una dixerunt et — tribuerunt (antecedunt et sequuntur coniunctivi in hac tota narratione)

„cum“ est nostrum „damals als“, cuius usus Draeger § 497, C) 2) a) affert Plaut. Cael. Sall. singulos locos, Livii tres, Cic. quinque: 50, 12: cum autem Melas et Arevanias — coloniam eo — deduxerunt, barbaros — eiecerunt.

176, 10: argenti fodinae cum habuerunt familias, tunc specus sub terra fodiebantur —.

„cum“ est nostrum „nachdem“, ut idem sit ac „postquam“, cuius usus Draeger § 497, B, 2, d) et e) β) locos affert com. Cic., Caes. Liv. Verg. Tac.: plurimos locos Vitruvii iam attuli inter enuntiata condicionalia; monendus videtur locus 59, 26: tunc vero cum animadversum est alia eos tela praeter sudas non habere — imperatum est fasciculos — mittere.

cum ind. plsqpf. coniungitur „cum“ 250, 11: cum autem scapos omnes ita vexerant et instabant epistylorum vecturae, — Metagenes transtulit idem —. Huius usus Draeg. § 497, C, 4) d et Kühner II., § 202, I.) 1) 2) b) ex Cic. Caes. Verg. Liv. Nep. nonnulla exempla afferunt.

Ita triginta fere locis „cum“ temporale cum indicativo coniungitur, quem usum Cotta ex script. hist. Aug. pg. 48 affert (Capitolin. Max., Balbus 11, 1; Pollio saepe: cum loquor, loquitur); Holtze apud frg. scaen. poet. pg. 48 toties indic. quoties coniunct. adhiberi affirmat, idem Holtze cum temporale etiam a Lucretio interdum cum indic. coniungi docet; Kühnast ex Livio (Liv. Synt. pg. 213) affert cum temp. c. ind. perf. 42, 66, 1; 45, 12, 10; c. ind. plsqpf. 9, 33, 3; 24, 7, 3; „cum“ notione „cum primum“ c. ind. perf. 42, 5, 8; 4, 44, 10; 6, 10, 4. Schepps de Prisciliano (Wölfflin Archiv III., 321) docet modos negligentissime adhiberi, saepe „cum“ coniungi cum ind., ubi boni scriptores sine dubio coniunctivum adhibuissent.

„cum“ causale

secundum Draeger § 534 veteres cum indicativo solum coniunxerunt, boni scriptores cum coniunctivo. Schmalz Synt. § 275: das kausale — „cum“ wird seit der klassischen Zeit ausschliesslich mit dem Conjunctiv construiert. (De Plauto et Terentio quidem Holtze synt. prisc. multo plures indicativos pg. 125—127 affert quam coniunctivos pg. 170). „Cum coniunctivo cuiusque temporis illud „cum“ coniungi posse Kühner II. § 205, 1) docet idque ex Vit. adprobari potest, qui praebet coniunct.

praes. viginti duobus locis: 7, 16; 10, 21; 25, 16; 30, 24; 41, 3; 46, 8, 27; 49, 7; 57, 6; 64, 5; 95, 17; 103, 16; 138, 17; 139, 23; 162, 6; 185, 8; 123, 20; 194, 15; 200, 20; 212, 11; 217, 9; 166, 12 recte „faciat“ emendavit Jocundus, quem coniunctivum ipse codex H. indicat; sed 191, 16 et 224, 14 sine dubio Jocundus optimorum codicum indicativos non correxisset, si negligentiam Vitruvii accuratius inspexisset; delevit vestigia vulgaris usus, quo saepius cum indicativo coniungi „cum“ coniunctionem infra videbimus. imperf. 34, 10; 66, 14; 132, 25 (etiam 52, 20 Jocundus codicis G. indicativum „possunt“ emendando delevit)

perf. 42, 18; 137, 26; 203, 22; 213, 5; 217, 6; 178, 12 codices praebent: cum ergo emissa esset — quas in se — habuerat virtutes, efficitur tenera natura —. Rosius mutavit: „emissae sint.“ Sine dubio Vitruvius scripserat: „emissae **essent**,“ non „sint“, nam nihil curat temporum quae vocatur consecutionem, cf. 49, 17; 51, 3; 138, 13.

plsqpf.: 2, 8; 49, 23; 83, 13; 84, 23; 103, 24.

Miscet tempora coniunct. 32, 28; 34, 1; 36, 1; 37, 27; 104, 15; 162, 6.

Sed etiam cum indicativo Vitruvius coniungit „cum“ causale, quod vulgare fuisse videtur; Reissig-Haase pg. 532 affert Cic. pro Quinct. 20, § 65. Vitruvius praebet: 39, 17: (terra pumicosa) „cum **est** levis, — non recipit in se nec combibit liquorem“. Sed paulo infra: igitur levi raraque cum **sint** proprietate nec **patiantur** penetrare in corpus umidam potestatem, quocumque pondere fuerint cogitur — uti ab aqua sustineantur. Vides inconstantiam Vitruvii, sed miror etiam inconstantiam Rosii, qui, cum optimi codices praeter unum pluralem „patiantur“ praebeant singulares numeros: „sit“ „fuerit“ „cogitur“ „sustineatur“, propter unum pluralem „patiantur“ mutavit tres singulares in plurales „sint“, „fuerint“, „sustineantur“, unum singularem „cogitur“ integrum reliquit. Aut omnia singulari numero proferenda erant, ut in antecedenti Vitruvius ipse dicit „ita cum est levis“, aut plurali.

42, 3: igitur cum patent foramina eorum, harenae mixtionem in se corripunt —.

45, 9: igitur cum et umor et terrenum in his minus inest, tum etiam ignis — penitus insequens — fervescit —

218, 10: sapientium scriptorum sententiae — cum insunt inter consilia et disputationes, maiores habent — auctoritates

111, 10: itaque intervallis ea cum versatur, — apparet —.

133, 25: Cum autem animadverto ab indoctis — tantae disciplinae magnitudinem iactari, — non possum non laudare —

135, 25: cum id habemus certum — sine dubitatione animadvertemus —. 150, 10: cum fuerunt Graeci delicatiores — instruebant triclinia

Ut usum coniunctionis „cum“ paucis absolvam, recte etiam miratur Rose indicativum 192, 25: „hi autem cum sunt frigidi, ideo videntur aspectu fervere, quod —“ nam hic adversativa notione usurpatur „cum“, qua nos dicimus „während (doch)“; Vitruvius ipse aliis locis conj. adhibuit praes. 40, 23; 220, 3; (vides consecutionem temporum neglectam 49, 16: Mausoli domus cum marmore omnia haberet ornata, parietes habet latere structos); impf. 274, 7; perf. 216, 23 (cf. Kühner II., § 205, 2). Etiam

cum concessivum

ex regula cum conjunct. iungitur 37, 2, 3; 46, 2; 137, 20; 139, 12, 13; 177, 15.

160, 10: amplius vero in id genus scripturae — nemo incubuisse videtur, cum fuissent et antiqui cives magni architecti, qui potuissent non minus eleganter scripta comparare 203, 5: cum esset — Africa parens — ferarum bestiarum —, in eius agris oppidi nulla nascitur. Vides, quam nihil curet Vitruvius temporum rationem.

„cum“ idem est ac „eo ipso, quod“

cf. Kühner II., § 202, I.) 3), ex regula coniunctum cum indic. praes. 16, 21: calor cum excoquit e rebus firmitatem —, dissolvit eas et — efficit imbecillas; cf. 212, 17; 240, 5; 241, 4, perf. 2, 6.

Adiciam nonnulla

ex usu verborum

Vitruviano, unde appareat Vitruvium vulgari indulgere sermoni.

Abundantia quaedam apparet in cumulatione adverbiorum cf. Kühner II., § 242, 6 et 7, quamquam etiam ex Cicerone complures locos affert Draeger § 76; sed si adverbia vel coniunctiones synonyma cumulantur coniunctione copulativa non interiecta, hoc etiam Koziol deteriori usui tribuit, qui ex Apuleio multos locos affert pg. 133—149. Vit. praebet satis abunde 10, 5; deinde postea 179, 2 (Cic. ter, Liv. semel); deinde tum 189, 3 (Varro et Quint. semel); deinde tunc 129, 17; 130, 24; 146, 9; 179, 4 (Apulej. tunc deinde).

Sed nimium esset 103, 4 „etiam — vel — quoque“; recte pro „vel“ Nohl analecta Vit. pg. 16 coniecisse videtur „velim“ (etiam — quoque Plaut. Varr. Gell. Lucr. singulis locis; quoque etiam Cic. ter; etiam Apulej.; cf. Koziol pg. 144). sed vero 252, 13; etiam Plaut. et Cic. sic dixerunt.

Ad vulgarem sermonem pertinet epanalepsis subiecti per „is“ pronomen; adhibuerunt Plaut. Cat. Sall., rarissime Cic., postea Liv., cf. Draeger § 37; Schmalz lat. Syntax § 5 (in Iwan Müllers Handbuch d. klass. Philol.) Vit. praebet 157, 9: docuit unum ex his eum esse poetam.

Vulgari sermoni proprium est „loci, locorum, terrarum, gentium“ ad adverbia loci adiectum; fecerunt ita com., Cic. in epist., rarissime in orat., Sall., Liv., Plin., Gell., Apulej. „eo“ et „quo“ Cic. et Caes. nunquam cum genetivo coniunxerunt, cf. Draeg. § 199; Schmalz § 70. Vit. sic adhibet eo loci (dorthin) 32, 8; 50, 13; (dort) 233, 17; 235, 14.

quo loci 199, 8; 206, 12; 234, 15; 246, 15; 255, 11; 258, 7; 261, 12.

eo loci, quo 235, 14; ad eum locum, quo 235, 18.

Vulgarem redolet sermonem secundum Schmalz, nichteic. Briefe prgr. pg. 114 ablat. „tempore“ pro adverbio usurpatus, velut 16, 16: nullo tempore, cf. 132, 20; uno tempore: 84, 26; vespertino tempore: 144, 17; autumnali tempore 54, 26; hibernis temporibus 153, 7. Etiam Sulpic. Sever. secundum Gölzer pg. 80 bis sic adhibet: nocturno tempore; similiter dicit: crastina die, hesterna die.

Vulgari sermoni tribuendus est secundum Schmalz, nichteic. Briefe prgr. pg. 130 usus verbi „facere“ (vel similitum) cum substantivis verbalibus coniuncti pro simplici verbo eiusdem stirpis. Vit. sic adhibet facere duplicationes 76, 13; imitationem 183, 2 cf. 258, 21, 86, 18 (habet imitationem cf. 90, 1); (efficit) motiones 110, 1 cf. 262, 10; (eff.) versationes et motiones 238, 6; retentiones 222, 25; transitionem 222, 7; versationes 259, 6 cf. 263, 15; 112, 9: comparant ad concentus convenientes eorum perfectiones; 37, 8: nisi causae, quae insunt, — habeant demonstrationes.

fit adiectio 80, 7; circinatio 257, 18; descriptio 239, 10; detractio 139, 25; distributio 64, 24; divisio 92, 17; examinatio 253, 16; inventio 86, 20; libratio 206, 10; subductio 249, 24; his adde 35, 17: casarum perficiuntur constitutiones

20, 25: cum ergo his rationibus erit salubritatis moenium conlocandorum explicatio cf. 122, 26;

37, 3: suo ordine — huius erit voluminis constitutio

245, 16: sucularum — prelorum — vectium si non fuisset torcularis praeparatio

204, 24: expertiones autem et probationes eorum sic sunt providendae.

Omnibus fere his locis simplex verbum adhiberi poterat. Similes ambages dicendi de Apollonii fabula refert Thielmann prgr., cf. Köhler acta sem. Erlang. I., 450 sqq.; idem refert de auctore belli

Hisp. Degenhart prgr. pg. 5, velut: facere eruptionem, concursum, clamorem, deditionem, iactus, iter, proelium, caedem, iugulationem, transitionem. Similia animadvertimus apud Petronium.

Sine caussa vocabula perverso ordine proferuntur: 36, 13: posteaquam animadverterunt profusos esse **partus** ab natura **materiae**

39, 16: natate autem eos posse ideo videtur quod terra **est** de qua ducuntur **pumicosa**.

60, 15: ab **traiectionis** incendiorum aedificia **periculo** liberarentur

130, 15: cum ita bene calcatum et quam densissime fuerit

191, 6: pervenit inter Elephantida et Syenen **Thebaicosque** in Aegyptum **campos** —.

203, 7: in **eius** agris **oppidi** nulla (serpens) nascitur

Vulgaris duplicitas quae dicitur sermonis extat

37, 25: sempiterno aevo perpetuo infinitam retinent soliditatem

41, 10: ita enim erit iusta ratio mixtionis temperaturae

43, 24: qua mons Apenninus regiones Italiae — circa cingit, cf. 141, 2

44, 19: haec — inveniuntur esse disparibus et dissimilibus virtutibus, cf. 43, 21 dissimili disparique genere

45, 1: in apertis et patentibus (locis)

61, 12: continetur umbrosis et opacis perpetuitatibus

61, 18: fiunt inanes et evanidae

47, 7: intrinsecusque medio

80, 17: item rata parte ad eundem modum —

43, 7: videtur esse certum ab ignis vehementia e tofo terraque, quemadmodum in fornacibus ex calce, ita ex his ereptum esse liquorem: vocabula „ita ex his“ abundant.

110, 1: eadem ratione — ita vox — efficit motiones

139, 8: „in quibus magni iudicii est opera quid tandem sit faciundum.“ vocabulum „opera“ nos mente adicimus, boni scriptores sine dubio omisissent.

197, 1: „admiscetur ei fonticulus oppido quam parvulus“: fontem parvum esse nemo iam dubitabit.

200, 11: „plumbum — si in vase conlocatum fuerit et in eo acetum suffusum — **efficietur uti plumbum** dissolvatur et fiat cerussa“ pro simplici: plumbum — dissolvetur

281, 21: „sic item in nonnullis exemplaribus videtur quemadmodum in minimis fieri, atque eodem modo in maioribus“; totus locus corruptus esse videtur.

Omnino eadem notio saepe plus semel significatur, velut 11, 7: **polliceor, uti spero**, his voluminibus — cum maxima auctoritate me **sine dubio** praestaturum

62, 19: uti non occultos haberent sensus sed patentes ad considerandum, cf. 63, 3. Ter idem profertur:

36, 23: primo volumine putavi quibus eruditionibus et disciplinis esset ornata (architectura) exponere — itaque quid oporteat esse in architecto, ibi pronuntiavi. ergo in primo de artis officio (disputavi).

39, 17: „ita cum est levis, aere solidata non recipit in se nec combibit liquorem“. „igitur levi raraque cum sint proprietate nec patiantur penetrare in corpus umidam potestatem“: hoc prorsus idem est.

61, 15: earum — venae umoris copia repletae turgentes liquoris abundantia saturantur („repl. cop. um.“ prorsus idem est ac „turg. liq. ab.“).

Cum hac duplicitate cohaeret magnificentia quaedam et pompa sermonis, velut pg. 1 et 2 et ubertas quaedam dicendi, velut

27, 18: sol cum emergit de subterranea parte versando pulsatur aeris umorem et impetu scandendo profundens exprimit aurarum antelucano spiritu flatus

35, 23: ita his signis de antiquis inventionibus aedificiorum sic ea fuisse ratiocinantes possumus iudicare; adde 43, 18 sq.; 62, 3 sq.; 108, 13, 24; 109, 11; 137, 26; 215, 19; 217, 18; 218, 8 sq.; 219, 25.

Saepe pro adiectivo aliquo Vitruvius adhibuit „sine“ praepositionem cum ablativo, velut 47, 15: erit sine vitio sempiternum 15, 21: copiarum sine avaritia diligens electio, — emendata et sine impeditioe usus locorum dispositio, cf. 52, 27 et 109, 16. Interdum ipsum adiectivum apponitur, ut aut adiectivum aut sine c. abl. abundet, velut

21, 26: sine vitiis utilis, cf. 23, 11; 55, 10: cum sicca et sine stillis erit arbor, cf. 124, 12; 70, 9: medium autem sub diu est sine tecto; 86, 10: virili sine ornatu nuda specie; 91, 14: emendatas et sine vitiis — perfectiones; 109, 13: aditus — oportet disponere — perpetuos et directos sine inversuris faciendos, uti — populus — habeat — exitus separatos sine impeditioe

Inconstantiam vulgarem Vitruvius non solum in temporibus et modis, sed omnino locum habere pauca demonstrent exempla: 38, 6: faciendi — sunt (lateres) ex terra albida cretosa sive de rubrica aut etiam masculo sabulone (ex — de — o —; sive — aut).

60, 8: „ideo id castellum Larignum uti materies larigna est appellata“ (expectamus „appellatum“, pertinens ad „castellum“).

71, 26: sic enim habebit (templum) et figurationis aspectum venustum et aditus (genet.!) usum sine impeditioibus et circa cellam ambulatio auctoritatem. Id est: templum eustylum habebit 1) aspectum venustum, 2) aditum expeditum, 3) ambulationem speciosam circa cellam. Subito subiectum negligitur et habebit suppletur ad novum subiectum „ambulatio“.

103, 7: „non enim de architectura sic scribitur uti historia aut poemata“: hoc loco „scribitur“ triplici modo intellegendum est: scribitur, hist. scribitur, poemata scribuntur.

144, 20: „nam quaecumque (sc. bibliothecae) ad meridiem et occidentem spectant, a tineis et umore libri vitiantur“ Mente supplendum est „in eis“, quod paene crediderim excidisse propter simillimum antecedens vocabulum „tineis“.

222, 3: „ei autem qui supra solis iter circinationes peragunt —“ „ei“ intellegendae sunt „stellae“ vel „sidera“; „ei“ mascul. sine dubio Vitruvius pro sua negligentia adhibuit, quod antecederant stellarum nomina masculina: Mars, Jupiter, Saturnus.

Jam nemo mirabitur Vitruvium interdum varias inter se miscere structuras grammaticas, velut:

17, 13: „ergo in quibus corporibus cum exsuperat — calor, tunc interficit dissolvitque cetera fervore“. Aut scribere debebat Vitruvius: in quibus corp. exs. cal., in iis interf. (sc. calor) cetera fervore, aut „cum in corp. exs. cal., tunc interf. cet. ferv.“ Nohlius anal. Vitruvius pg. scribendum proponit „in quibuscumque“, sed a talibus non abhorre Vitruvius docet locus 144, 20, de quo supra dixi

133, 20: „eos viros bonos instituebant, quibus tantarum rerum fidei pecuniae sine dubitatione permitterentur.“ Aut expectamus: quib. tant. rer. pec. perm. aut „quorum tant. rer. fid. pec. perm.“ An cogitandum est de „fidei pecuniae“, ut sit nostrum „Vertrauensgelder“?

Tali mixtione Praenius prgr. Vit. pg. 68 explicat etiam 210, 30: „hoc autem quibus rationibus caveatur sic erit faciendum“. Ellipsis subesse videtur (ut post „caveatur“ mente interseramus: „si quis nescierit“ vel „scire voluerit“), quales Cic. quoque, in epistulis potissimum, adamavit, cf. Naegelsbach Stilist. § 184, 1; Draeg. § 116—118).

22, 31: „cum enim sic erit factum, tunc ita oneris terreni magnitudo distributa in parvas partes neque universa pondere premens poterit ulla ratione extrudere muri substructiones“. expectamus „nulla rat.“; „neque“ enim non coniungit praedicata, sed participia praedicato subiuncta.

37, 7: „ne obscura sed perspicua legentibus sint ratioeinabor.“ expectamus „ut non obscura, sed persp. — sint“.

Haec omnia non satis curavit Vit. Etiam 251, 20 non bene procedit narratio, neque tamen quidquam mutandum, sed Vitruvii neglegentiae condonandum est., legimus: Pixodarus fuerat pastor. is in his locis (prope Ephesum) versabatur. cum autem cives Ephesiorum cogitarent fanum Dianae ex marmore facere decernerentque a Paro — uti marmor repeteretur, propulsis ovibus Pixodarus in eodem loco pecus pascebat, ibique (duobus arietibus certantibus marmor Ephesium detectum est.) Immo hoc ordine narrandum erat: Cogitabant quondam Ephesii fanum Dianae facere. Tum prope Ephesum Pixodarus pastor erat. Cum is, ut solebat, pecus in montibus pasceret, his diebus accidit, ut duo arietes concurrentes saxi crustam deicerent, quae postea marmor esse reperta est.



Appendix ad priorem partem de Vit. gen. dic. conscriptam*)

(prgr. Pforzheim 1886/87.)

ad pg. 1: Participia pro substantivis

adhiberi posse Draeg. § 17—24 docet. Singula observaverunt de Tac. Draeg. pg. 4; scen. Holtze synt. prisc. II., 234; Liv. Kühnast pg. 265 et Riemann pg. 85—106; Curt. Vogel pg. 14, 15; Bruto, Schirmer prgr. pg. 19; Cornel. Lupus pg. 101, 102; Vell. Pat. Fritsch prgr. pg. 12—14; Val. Max. Blaum prgr. pg. 7; Plin. Grassberger diss. pg. 22, Lagergreen pg. 114; Floro Thomé prgr. pg. 6; Lucano Obermeier prgr. pg. 10—12; Celso Brolen diss. pg. 26—29; Sueton. Bagge diss. pg. 89, 90; Sulpic. Severo Lönnergreen diss. pg. 4; Itala et. Vulg. Rönisch pg. 107—109.

Tac., Sulpic. Sever., Brut., Liv. saepe sic adhibuerunt. Vit. 1) masc. et fem. adhibuit a) in sing. solum „oriens et occidens“ in omn. casibus, notissima verba. b) plur.: sapientes (gen. dat.; sic boni quoque omnes); legentes (n. g. d.; legentibus etiam Sulpic. Sever. 1, 1, 5; Liv. 6, 12, 2 et praef. 4); potentes (dat.; Cic. Sen. ep. Liv. Flor.) (Vulgare sane est, quod Vit. hoc „legentes“ ter adhibet in eadem pag. 103, in qua etiam adhibet „lectores“ non interposito discrimine illo notissimo, quod a Livio interponi Kühnast monet.) praesentium (neutr. est „praes.“ apud Tac. Suet. Liv. 3, 37, 3 [Riemann pg. 92]; praesentibus Vell. 2, 75, 2); doctis et scientibus 62, 25. c) sing. et plur.: saliens (Springbrunnen) (n. q. a. sing., n. a. pl.; Cic. solum in plural. adhibuit). 2) neutra: non inusitata sunt: cogitata, inventum (et inventa), peccatum (peccati), praecepta (etiam g. d.) propositum (g. acc. sing., n. pl.) responsa (responsis) scripta (in omn. cas.). Ita etiam Plin. propositum (Lagergreen pg. 112), Vell. prop. et responsum. 3) Cum adverbis coniunxit Vit., quod non inauditum erat: utiliter cogitata, eleganter scripta (cf. Vell. optime ab eo cogitata); 232, 11: ante facta et futura (2, 14 opponitur: opera) 212, 21: Pythagorae — praecepta, Democriti — cotidiana perpetuis industriis culta: (respondent sibi praecepta, Vorschriften, et cot. culta, tägliche Gewohnheiten). 4) cum praepos. coniunxit Vit.: ad dictum respondere, ad perfectum perducere. 5) Ex technica ratione locum significant (Draeg. § 20): pg. 1 extr. 6) aedificii vel machinae partes significant: pg. 2 init.

ad pg. 2 „Dat. d. local. u. geistigen Standpunkts“

adde Schmalz in Reissig Synt. nota 549., Liv. Kühnast pg. 123, qui falso graecismum habet. Cornel. Milt. 1, 5; Dat. 3, 4.

ad pg. 3 „de (comparatione) gradatione participiorum

Comparativi a Vit. adhibita etiam apud Cic. inveniuntur: acutior, apertior, affluentior, contractior, diligentior (Corn. Them. 1, 3) excelsior (Justin 11, 5, 11) expeditior (Corn. Iphicr. 1, 4) notior, paratior, remissior, tutior; apud Caes. et Liv.: patentior.

Superlativi: etiam apud Cic. invenimus Vit. sup. part. excellens (Vell. Pat., Caes., Suet.) diligens, potens (Cornel) sapiens; acutus, apertus (Corn. Milt. 5, 3), doctus, expeditus, ornatus (Corn. Ages. 3, 3; Justin. 21, 3, 3) perfectus (Vell. Pat., Corn. 2, 18, 28; 4, 56, 69), probatus, temperatus.

Praeterea apud Vit. legimus: ferventissimus 138, 5 (Cic. ep., cf. Neue II., pg. 119; Cornific. 4, 15, 21; Cic. ipse et Horat.: ferventior); minutissimus 46, 25; 95, 21 (Cato r. r. 95, 2;

*) Cum anno antecedente de participii et praep. usu Vit. observationes quasdam conscripserim, liceat mihi hac data occasione ea addere vel corrigere, quae ex librorum copia iam ampliore mihi suppetente et ex eis, quae interea viri docti de hac re scripserunt melius tractare posse mihi videor. Itaque velim, qui illam priorem partem leget vel recensebit, haec respiciat, quae nunc proponam.

107, 1; Plin. Suet. Ammian.), convenientissimus 65, 24 (Plin. ep.; Vell. Pat. 1, 6, 3; 2, 14, 2); consonantissime (Draeg. § 13). Similia observaverunt de Cornel. Lupus pg. 98; Justin Seck prgr. pg. 13—15; Liv. Weissenborn ad 2, 22, 7; Cornific. et Cic. Thielmann diss. pg. 56; Vell. Patere. Fritsch prgr. pg. 9, 10; Cic. ep. Opitz prgr. pg. 4; Val. Max. Blaum prgr. pg. 7. Sen. rhet. Sander prgr. pg. 7.

pg. 3: „Habens“ part. pro „cum“ comitativo usurpatum
etiam Schmalz nota 582, a, ad Reissig vulgare habet.

pg. 3: Part. perf. pass. coniunctum cum verbo „habere“
a Curtio saepe adhiberi Krah prgr. pg. 2 observavit; idem de Sallust. Braun prgr.

pg. 4: Coniugationem periphrasticam part. praes. coniuncti cum „esse“
observavit etiam in Apollonii fabula Thielmann pg. 41; Köhler act. sem. Erlang. I., 449; in Lucifero Cal. Hartel Wölflin Archiv III., 36 (Vitruvii „permanens sum“ Lucifer 33 locis adhibet); auct. bell. Hisp. Degenhart pg. 34 (29, 2 „currens erat“). Sulpicii Severi locum attulit Gölzer pg. 85. Cf. Schmalz nota 579 ad Reissig.

pg. 4: de tempore part. Ad aoristicum usum
cf. Schmalz nota 583 ad Reissig; affert locos Liv. 21, 37, 4; 4, 10, 7. Plinii 4 locos affert Grassberger diss. pg. 84; Taciti multos locos Draeg. § 209 („moratus“ et „amplexus“ etiam Vitruv.), qui affert etiam Cic. Liv. Curt locos. De Curtio cf. Vogel pg. 44, de Sallust. Braun prgr. pg. 62 („egressus, moratus, secutus, usus“ etiam Vitruv.); Vell. unum locum 2, 59, 2 affert Lange prgr. II., pg. 11, Livii nonnullos Riemann pg. 307; Sulpic. Sev. permultos Lönnergreen diss. pg. 85 („secutus, confusus“ etiam Vitruv.).

pg. 5: de genere participiorum.
Quod part. praes. pass. deorat, lingua vulgaris interdum adhibuit part. praes. act. Qua de re accuratissime disseruit Schönfeld, de Tac. stud. Sallust. diss. pg. 20 sq., cf. etiam Usener, Jahrbücher, 1878, pg. 51 sq.; Neue II., 265; Haase I., pg. 163. Mera passiva notione Vitruv. sic adhibuit „initiantibus“ 161, 15, quod etiam Schönfeld affert. Cf. gignentia (Sall. Jug. 70, 6; 93, 4), volentia (Sall. hist. 4, 31) (Tac. hist. 3, 5, 2; ann. 15, 36) intolerantior (Tac. ann. 3, 45; 11, 10; Florus 4, 12; Laevius apud Gell. 19, 7, 10.) nimbis collidentibus Minuc. Fel. 5, 9; facta nefantia Lucil. 3, 59; 29, 65, Att. tr. 189; vexantia ora, Lucan. Cf. etiam: vocabula terminantia, eiacularans, amans, desiderans, indulgentissimus Adde Flor. 4, 12, 66; reverens.

Quocum ne confundas sensum reflexivum part. praes. act. Vitruv. praebet 11, 24: modice continens usus, cf. Haase Eckstein I, 163.; 260, 17 moventia sigilla.

Cf. ceteris — exercentibus (Cic. de or. 2, 287), luna minuens, continens terra, anni volventes, annus vertens, res moventes, animans, comans, corniculans, stellans. Plaut. Asin. 403 quassanti capite, cf. Bacch. 305, Verg. Georg. 1, 74 siliqua quassante. Plaut. capt. 814: crucianti canterio, cf. Fronto: membris cruciantibus; Plin. h. n. 35, 3: spatia montis dilatantia.

pg. 5: ad part. perf. dep. passiva notione usurpata
cf. Liv. Kühnast pg. 270, qui quidem part. „pactus“, quod etiam Vitruv. adhibet, utrum a „pango“ an a „paciscor“ derivandum sit, dubitat. Vitruvii „machinatus“ praebet etiam Sall. hist. III., 46 (Schönfeld, de Tac. st. S. pg. 19); cf. etiam Sueton Bagge diss. pg. 106.

pg. 6: ad abl. absol. pro part. conj. positum
cf. Schmalz nota 590 ad Reissig et Schmalz, Asin. Pall. Festschr. Karlsr. 1882 pg. 89. Celsi locos affert Brolen diss. pg. 26; idem a Sulp. Sev. saepe adhiberi Lönnergreen diss. pg. 87 docet; ad Vell. Pat. Lange prgr. II., 20; Sallust. Braun prgr. pg. 63; Val. Max. Blaum prgr. pg. 26; scenicorum exempla affert Holtze II., 235; cf. Bombe, de abl. absol. diss. pg. 38.

pg. 6: ad part. praes. pro acc. c. inf. positum
cf. Cornel. Lup. pg. 182; Sallustii 4 locos affert Braun prgr. pg. 62. Livii locos Kühnast pg. 268 falso graecismum habet

pg. 6: interdum part. subiectum est totius enuntiati.
Adhibuerunt prisci raro, Ter. Caes. nunquam, Sallust cf. Braun pg. 61) et Cic. interdum, Livius

adamavit (cf. Lübbert et Kühnast pg. 266), sequuntur Vell. Pat., Val. Max. (Blauum pg. 25 extr.), Curt. (Vogel pg. 44), Tac. (Draeg. § 210), Plin., Justin., posteriores historici.

pg. 6: ad coniunctionem part. adde:

part. coni. inter se subiunguntur etiam a Vell. Patere. (Lange pg. 21).

abl. absol. inter se subiung. etiam a Sulpic. Sever., cf. Lönnergreen diss.

part. conj. et abl. absol. inter adjung. asyndet. a Livio, Kühnast pg. 268.

abl. gerund. sensu temporali etiam Apul. saepius adhibuit, cf. Kretschmann pg. 32.

Idem ab Ammiano Marc. saepissime adhiberi Hassenstein pg. 47 monet.

pg. 8 sqq.: de praepositionum usu.

ad

cf. Cato Schöndörffer diss. pg. 25; Lucrez Holtze pg. 71; Catull Duderstadt diss. pg. 7; auct. bell. Afric. et Hisp. Köhler act. sem. Erlang. 433—435; Lucan. Obermeier prgr. pg. 23; Val. Max. Blauum pg. 21; Florus Thomé prgr. pg. 19; Tac. Maue diss. pg. 27; script. hist. Aug. Cotta diss. pg. 13; Apuleius Kretschmann diss. pg. 114; Sulpic. Sever. Lönnergreen diss. pg. 26 et 31 et Gölzer pg. 49, 50; Dracontius Westhoff diss. pg. 20; Itala et Vulg. Rönisch pg. 427; Hieronym. Gölzer pg. 330; Apolloniusroman Thielmann pg. 37.

Vulgare est, quod „ad“ c. acc. pro dat. adhibet Vitruvius, cf. Thielmann Apollon., Westhoff Dracont., Rönisch Itala et Vulg., Köhler act. sem. Erl., qui ipse confert Vitruvius respondere ad (einer Sache entsprechen. 41, 29; 211, 13; 242, 10; ita etiam Seneca), dedicare ad; praeterea praebet Vitruvius, quod prorsus sane vulg. est, 251, 18: „ad solvendum non esse“ pro „solvendo non esse“, cf. Praun pg. 64; Rudimann. ed. Stallbaum pg. 248, nota 57. 260, 21: reliqua, quae non sunt ad necessitatem, sed ad voluptatem (Tursell. I., 117 affert exempla Terent. Varr. Petron.). cf. Vell. 2, 23, 6 parere ad omnia; 25, 38, 17: pavere ad (cf. Liv. 5, 42, 4).

Vulgare est, quod „ad“ pro „usque ad“ adhibetur; ita Cic. non adhibuit nisi usu translato, cf. Draeg. § 252, 1; Caes. et posteriores etiam proprio usu, cf. Kühner; Turs. I., 78, 2; Vitruvius: 55, 6 et 13; 67, 9; 15, 20; 21, 3; 216, 9. Idem de Apul. affert Kretschmann, de Catullo Duderstadt pg. 7, de Lucretio Duderstadt pg. 49 et Holtze, de Sulp. Sev. Lönnergreen (1, 23, 3: ad interuentionem), de Tacito Maue, de Val. Max. Blauum; cf. Catonis „ad autumnum“.

Vulgare est, quod „ad“ pro „apud“ adhibetur, de rebus quietis. Termini techn. videntur Vitruvius ad inum 75, 21 (55, 13 de re mota (invenitur etiam Liv. Cels.; cf. Catonis „ad summum“ (oben); ad ignem (über d. Feuer) 24, 5; 181, 18; 182, 20 (179, 16 et 205, 9 de re mota) (etiam Cato); ad solem (an d. Sonne) 148, 3. „proximus ad“ — iam Praun. pg. 89 vulgari sermoni tribuit; locis ab eo allatis 91, 3 et 182, 4 adde 135, 11. cf. Accius frg. 566, 630, 687; Turpil. frg. 172 (Holtze synt. frg.); vulgare etiam habet Obermeier Lucan. Hieronymi aliorumque similes locos legas Gölzer I. I. „ad ignem“ fortasse instrumentalem sensum habet, quod Cotta pg. 13 de script. hist. Aug. affert, (cf. Philol. Anzeiger 1874, pg. 301).

Vulgare est, quod nonnulla verba aliter construxit Vitruvius, velut: „offendere ad alqd“ 165, 25 etiam Liv. et Quint dixerunt. Sed pro usitato haerere in alqa re 209, 18; 247, 16; dicit etiam: ad alqd 168, 1 (cf. Sulpic. Sev. pendere ad; Köhler act. sem. Erl. 435), circa alqd 165, 28; sed „haerere cum alqa re“ 38, 20 idem est ac „cohaerere“. „convenire ad“ 76, 26; conveniens ad 77, 3; 112, 9; 258, 6 (Cic. conv. — in).

Vulgari sermoni tribuendum est „ad id“ 76, 24 pro „ad eum modum“, cum apud Liv. et Tac. „ad id“ significet ad „hunc finem“ cf. Turs. I, 126. „ad plenum“ (vollständig) 147, 16 secundum Turs. I., 122 poetae et posteriores dixerunt; Verg. Hor. Veg. Eutr. singulos locos affert. Technicum videtur 74, 11: (columna) quae erit ab 15 pedibus ad pedes 20 (15—20) cf. Vitruvius paginas 74, 80, 97, 141.

iuxta

pro „secundum“ usurpatum vulgari sermoni tribuendum esse confirmant etiam Schmalz ad Reissig pg. 719; Draeg. Tac. pg. 42; Lönnergreen Sulp. Sev. pg. 29; Kretschmann Apul. pg. 116 (Apul. D. Pl. 2, 259; Justin., Solin., Digest.) Hartel, Lucif. Cagl. Wölfflin Archiv III., 24; Cotta script. his. Aug. (ter) diss. pg. 15; Kaulen Vulg. pg. 205; Gölzer Hieronym. pg. 332.

proximus

c. acc. coniunxit etiam Tac. annal. 15, 15 (Gerber prgr. pg. 25). Ad ante

addas: de loco de motu adhibuit primus Liv., cf. Kühnast pg. 360 et Weissenborn ad 26, 48, 11; Catall cf. Duderstadt diss. pg. 12; Lucan raro (7, 379), cf. Obermeier diss. pg. 24. Adverb. adhibuerunt etiam Plin. (Ess diss. pg. 6), Afran. 308; Syr. sent. 151 et 689 (Holtze synt. frg.), Catull Duderstadt diss. pg. 12, Lucrez Holtze 72, Cornel Lupus 87.

inter

de motu adhibuerunt etiam Val. Max. 6, 9, 14 ponere (Blaum pg. 22), Sulpic. Sev. M. 21, 4 adigere (Lönnergreen diss. pg. 29); auct. b. Afr. et Hisp. etiam „interponere“, ut Vitruv.

Similiter

intra

de re mota adhibuerunt Sulp. Sev. saepissime (quod alii rarissime; Lönnergreen diss. pg. 29), Cornel (Lupus pg. 88); Catull 66, 17; fundere. Adverb. adhib. Plin. (Ess 7), Cels. (Brolen 44).

circum

de tempore usurpari Schmalz iam non negat, sed in Antibarbaro concedit.

circa

adverb. adhibuerunt etiam Plin. (Ess. pg. 6), Vell. Pat. 2, 81, 3; Ovid., Flor. 1, 18, 2; 4, 12, 60 (Thome pg. 19)

post

ad „post ea requieta“ cf. Cotta script. hist. Aug. diss. pg. 17; Westhoff Dracont. diss. pg. 21

subtus

Gölzeri locis addas Vulgatae locos Kaulen pg. 208

ab

ad usum „von — aus gerechnet“, velut Vitruv. „quinto a se signo“ cf. Justin. „proximus a“ — (Domke prgr. pg. 3), Plinii locos, ubi „ab“ ordinem significat (Ess diss. pg. 34); Hieronym. Gölzer pg. 336 (secundus, alter, quartus ab alqo); Catull Duderstadt diss. pg. 20.

Vulgare est, quod „ab“ omnino cum passivo coniungitur, etiamsi subiectum non est persona; etiam Thielmann, Apollon. pg. 37 vulgari sermoni tribuit.

Vulgare est, quod „ab“ causam significat, quasi esset „ob“. Etiam Porphyrio schol. ad Hor. carm. 1, 36, 20 et ars poet. 124 ita adhibet „ab hoc“ (cf. Urba, Meletemata Porphyrianea) pro „ob hoc“. Plinii plurimos locos affert Ess diss. pg. 35, 36, 44; Catulli Duderstadt diss. pg. 18, 4; Tac. Draeg. pg. 40 § 94; Curt. Vogel pg. 20: a superstitione 5, 4, 1, cf. Livii „ab odio, ab ira“. Balb. in ep. ad Attic. 9, 7, 3: ab amore et benevolentia tibi scribo.

Non vulgare videtur, quod „ab“ significat, quo respectu alqd dicatur. Vitruv.: temperatus, probatus, commendatus a —. Cf. de Frontone Ebert act. sem. Erl. II, 325, ubi raro invenitur. Cic.: ab omni laude felicior, a philosophia instructus, ab exemplis copiosus; sic saepius in ep. ad Cic., cf. Opitz prgr. pg. 8. Lucan: castus innoxius, securus a (Obermeier prgr. pg. 25). Justin: intactus a (Domke prgr. pg. 3) cf. Gellius „integer a“; Tac. inviolatus a —; sic etiam Vitruv., Cael. Ruf. 8, 2, 1; Curt. 4, 6, 12; Justin 2, 3, 1.

Quocum cohaeret usus praep. „ab“ apud verba liberandi pro mero abl. disiunctionis. Ab auct. bell. Hisp. monet „ab vel de“ adhiberi Degenhart pg. 21; idem Kalb de Gaio Wölfflin Archiv I., 85; de script. hist. Aug. Cotta diss. pg. 19, de Plinio Ess diss. pg. 28—33, de Catullo Duderstadt pg. 19, 6 et 20, 8; de Hieronymo Gölzer pg. 335.

Etiam script. hist. Aug. saepe „ab“ adhibent de origine, ubi „ex“ expectamus.

de

Linguae romanae docent, pro „ab“ et „ex“ praep. nec non pro mero genet. vel ablat. paulatim „de“ praep. locum obtinuisse: quod lingua vulgaris iam Vitruv. temporibus adamasse videtur. Etiam script. hist. Aug. saepe „de“ adhibuerunt in verbis cum „de, ex, ab“ coniunctis, cf. Cotta pg. 19. Ad Lucifer cf. Hartel, Wölfflin Archiv II., 17. Justin bis „de tergo“ pro „a tergo“. Etiam in Sulp. Sev. Gölzer pg. 51 alienum ab eleganti scribendi genere putat, quod verba movendi, velut

„eicere, exire“ cum „de“ struebantur. Cic. in oration. interdum „de“ sic adhibuit; de auct. b. Afr. et Hisp. Köhler act. sem. Erl. pg. 437 idem observat; de Tac. cf. Draeg. pg. 41. Etiam Liv. „de“ sic adhibuit (Kühnast pg. 362). Dracontius saepe „de“ pro „ab“ et „ex“ dicit, cf. Westhoff diss. pg. 23.

Sic adhibuit Vitruvius „de“ de origine (procreari), de materia, de commutatione materiae. Omnes fere locos Vitruvius congescit comparavitque cum Plinii similibus et auct. b. Afr. et Hisp. latinitate Köhler act. sem. Erl. I., 436—438. Etiam Flor. de origine et materia (Thomé prgr. pg. 20), Apulei. saepe adhibuit praep. de origine, nullo participio appposito (Kretschmann pg. 124), Cato: emere de, facere de; ex (Schöndörffer pg. 27, 28); Lucretius de origine adhib. (Holtze pg. 59), Hieronym. de origine, causa (Gölzer pg. 341), materia (pg. 342); de commutatione adhib. Dracontius (Westhoff diss. pg. 23), de materia Lucan. (Obermeier prgr. pg. 26); de commutatione Justin 4 locis (Domke prgr. pg. 7). „cognoscere de“ etiam Fronto dixit (Ebert act. sem. Erl. pg. 325), et com. (Holtze synt. prisc. pg. 56).

Quid quod etiam pro genetivo (partitivo) adhibet Vitruvius „de“: „replum de impage dimidia et sexta parte“. Ita etiam Cato saepe (Schöndörffer diss. pg. 27, 28), Lucretius (Holtze pg. 59), Vulg. (Kaulen pg. 203), Itala et Vulg. (Rönsch pg. 426), Hieronym. (Gölzer pg. 340)

ex

Locationes technicae: cum Vitruvius „fixus e —“ cf. Gell. 7, 2, 1: ex quibus apta nexaque est (Gorges diss. pg. 35), cum „ex altero“ cf. Justin: ex adverso, ex utraque parte, ex alio latere, Cat. ex altera parte. cum verbis sentiendi (animadverto et sim.) coniunxerunt „ex“ etiam scen. Holtze synt. pg. 52, Lucretius Holtze pg. 66, Justin Domke prgr. pg. 6, Curt. Vogel pg. 22; Catull 50, 17: perspicua ex —. Cato: concludere, colligere ex (Schöndörffer pg. 30).

Quibus impensis aliquid fiat, etiam Corn. Paus. 1, 3 praep. ex signif.: cum ex praeda — tripodem posuisset. Saepe „ex“ apud Vitruvium pro „a“ vel pro mero abl. instr. adhiberi videtur, id quod vulgare sane est. Saepe etiam apud Sulp. Sev. (Lönnergreen diss. pg. 32), cf. Gellius: ex lingua capti (Gorges diss. pg. 34); Cato „ex“ saepe adhib. sensu „in Folge von“ (Schöndörffer); Flor. „ex“ pro „a“ cum pass. coniunxit 1, 16, 9 et 3, 16, 4 (Thome pg. 21); „ex“ pro abl. instr. Lucretius (Holtze pg. 67).

cum

saepe a Vitruvio de rebus inter se coniunctis adhibetur, quem usum Schmalz Antibarbar. s. v. „cum“ praegnantem vocat. Ita saepe Cato „cum“ = „nebst, eingerechnet“ (Schöndörffer pg. 27); etiam Capitolinus saepe adhib. pro simplici copula „et“ (Cotta, script. h. Aug. pg. 20). Vulgaris sane est usus instrumentalis, qui etiam occurrit apud scen. (Holtze synt. prisc. pg. 98), Cat. saepe (Schöndörffer diss. pg. 26), Catull. semel (Duderstadt diss. pg. 30, 11), Lucan. (Obermeier prgr. pg. 25, qui etiam aliorum locos congescit), Sulpic. Sev. saepe (Lönnergreen pg. 31), Vulgata (Kaulen pg. 203).

in

Notissimum est, casus in depravata latinitate ita inter se permixtos esse, ut saepe etiam abl. de re mota, acc. de re quieta adhibeatur. Accuratissime de ea re disputavit Sittl, locale Verschiedenht. d. I. Spr., pg. 128—132.

Verba ponendi et collocandi etiam boni scripti cum abl. coniunxerunt, cf. praeter Draeg. § 298, C) etiam Schmalz ad Reissig synt. pg. 711—715 et nota 572 de Lucretio. Holtze pg. 94, scen. Holtze synt. pg. 85 et 206, de Curt. Vogel pg. 23. Quae Vitruvius in similibus verbis adhibuit. Saepe etiam Sulp. Sev. (Lönnergreen pg. 35, Gölzer pg. 52), Apul. (Kretschmann pg. 120), Itala et Vulg. (Rönsch. pg. 406), Vulg. (Kaulen pg. 206, 207), Plin. (Grassberger diss. pg. 60), Dracont. (Westhoff diss. pg. 24), Val. Max. (Blaum pg. 22). Etiam Justinian „extrahere“ et „extendere“ cum in c. abl. coniunxit (Meinhold prgr. pg. 22). Sed etiam cum in c. acc. talia verba coniungit Vitruvius, item Gellius (Gorges diss. pg. 36), Curt. (Vogel pg. 24 nota), Cato saepe (cf. Schöndörffer pg. 31 et 35) (21 locis ponere c. in. c. abl., 3 locis c. in. c. acc. conj.) Asin. Pollio (Schmalz Festschrift pg. 85). Contra saepe Vitruvius in c. acc. adhibuit de re quieta; cf. Schmalz ad Reissig synt. pg. 696, 697 et nota 570, c. Sic iam scen. (Holtze synt. pg. 208); Cic. Phil. 5, 7: adesse in senatum; Tac. hist. 1, 87: in custodiam habitos, cf. Liv. 22, 25.

in c. abl.

in c. abl. est „auf, supra, in summo“ saepissime etiam apud Catull. (Duderstadt diss. pg. 32). A Vulgari sermone saepe „in“ notione temporali adhibetur, ubi boni scriptores merum abl. temporal. adhib. Cum Vit. locis cf. Apul. „in eo tempore“ pro „tum“; script. h. Aug. saepe, velut: in prima pueritia, in illa aetate, in primis annis, in eodem bello., Gellius saepe, (Gorges diss. pg. 33). Dracont. saepe, velut 7, 26 (Westhoff diss. pg. 24), item in Orestis trag.; Catull (Duderstadt pg. 34, 35); scen. Holtze synt. pg. 114, 115; Lucrez. Holtze pg. 94; Cato semper apud adverbialia numeralia, velut „bis in die“, (Schöndörffer diss. pg. 36, 37); Hieronym. (Gölzer pg. 345). „in“ saepe apud Vit. est „bei, wenn es sich handelt um —“. cf. Catull (Duderstadt diss. pg. 9); Cael. Ruf. 8, 14 et 15: in victoria, in repulsa (Schmalz. Karlsr. Festschrift 1882 pg. 85). Saepe est „in“ = „in Hinsicht auf“ apud script. hist. Aug. (Cotta).

Graecismus ille, quo id, quod in una re fit, ad aliam pertinere dicitur, invenitur etiam apud Florum (Thomé prgr. pg. 21); Reissig nota 573. a) affert etiam Cic. duos. locos. Curtii unum; praegnantem hunc usum vocat Schmalz Asin. Pollio Festschrift Karlsr. 1882, pg. 85, et omnes fere locos similes affert; cf. Liv. Kühnast pg. 364; Curt. Vogel 23. ad „esse in summa salubritate“ adde Tac. dial. 28 „in laude, in vitio esse“.

in c. acc.

Schmalz Antibar. s. v. „in“ docet in altitudinem eleganti, „in altitudine“ vulgari sermoni tribuendum esse. Vit. utrumque miscet.

„in“ distributivum, velut Vit. 164, 24 et 207, 2 adhibuit etiam Cato „in iuga singula modios 12 (Dietze diss. pg. 24); scen. Holtze synt. pg. 207.

ad „in“ consecutivum vel finale, de effectu et commutatione usurpatum haec addas: Tac. Gerber prg. pg. 14 et 21; Sulp. Sev. Gölzer pg. 47 (saepe: in modum; sic posteriores saepe); Apul. Kretschmann pg. 118 (in hominem erectus; cutis duratur in crinem; in faciem (pro „in speciem“, Vit.) (ad quod cf. Reissig. pg. 707); script. hist. Aug. Cotta diss. pg. 20: in honorem, argumentum, in suam perniciem (exitum significat); Tac. saepe (Draeg. pg. 37); cf. Reissig pg. 708; Vell. Pat. Lange prgr. pg. 9 (in ruinam, colorem; hic quoque deteriori latinitati tribuit); Flor. saepissime, Thome prgr. pg. 21; Sueton Bagge diss. pg. 71; Gellius 1, 26, 7: effusus in iram; 1, 26, 8: in spumam ruboremque effervescens.

Ad Vit., „plus aquae defluxisse in coronam“ cf. Gerber, praep. Tac. prgr. pg. 21: ad hunc usum pertinent etiam illa exempla, in quibus praep. „in“ idem valet quod „auf etwas hin“, velut Germ. 18: in haec munera uxor accipitur; ann. 11, 13: in mortem parentum pecunias dare., Agr. 24; hist. 4, 42, 46; ann. 14, 63: in spem.

Ut Vit. praebet 60, 14: „in omne“, ita Vell. Pat. 2, 13, 1 et 2, 97, 1 „in omnia“, cf. Lange prgr. pg. 9.

sub

c. abl. pro acc. coniunxit etiam Sulp. Sev. semel (Lönnergreen pg. 37).

c. acc. pro abl. coniunxit Liv. singulis locis (Kühnast pg. 366). Tac. hist. 5, 11.


subter

c. acc. coniunxit etiam Lucrez quater (Holtze pg. 102). Vit. „quemsubter“ etiam Catull 65, 7.

insuper

Apulej. c. acc. coniungit M. 11, 788; 8, 518; etiam Cato. (Kretschmann pg. 115).

ad praep. c. genet. coniunctas cf. Rönsch, Ital. et Vulg. pg. 442.



23

in c. abl. est „auf“,
pg. 32). A Vulgari sermone
abl. temporal. adhib. Cum Vi
velut: in prima pueritia, in il
pg. 33). Dracont. saepe, velut
stadt pg. 34, 35); scen. Ho
adverbia numeralia, velut „bis
„in“ saepe apud Vita
pg. 9); Cael. Ruf. 8, 14 et
Saepe est „in“ = „in Hinsicht
Graecismus ille, quo
Florum (Thomé prgr. pg. 21
praegnantem hunc usum vocat
locos similes affert; cf. Liv.
adde Tac. dial. 28 „in laude

Schmalz Antibar. s.
tribuendum esse. Vit. utrum
„in“ distributivum,
modios 12 (Dietze diss. pg.
ad „in“ consecutivum
Gerber prg. pg. 14 et 21; 3
Apul. Kretschmann pg. 118 (3
Vit.) (ad quod cf. Reissig. p.
in suam perniciem (exitum si
Lange prgr. pg. 9 (in ruinam,
prgr. pg. 21; Sueton Bagge
ruboremque effervescens.

Ad Vit., „plus aq
hunc usum pertinent etiam
velut Germ. 18: in haec mu
Agr. 24; hist. 4, 42, 46; an

Ut Vit. praebet 60
Lange prgr. pg. 9.

c. abl. pro acc. coniunxit et
c. acc. pro abl. coniunxit Li

c. acc. coniunxit etiam Lucre

Apulej. c. acc. coniungit M.
ad praep. c. genet. coniuncta

B.I.G.

M

Y

C

Grauskala #13

A 1 2 3 4 5 6 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

apud Catull. (Duderstadt diss.
ur, ubi boni scriptores merum
„tum“; script. h. Aug. saepe,
illo., Gellius saepe, (Gorges diss.
in Orestis trag.; Catull (Duder-
ze pg. 94; Cato semper apud
); Hieronym. (Gölzer pg. 345).
„cf. Catull (Duderstadt diss.
arlsr. Festschrift 1882 pg. 85).

ere dicitur, invenitur etiam apud
Cic. duos. locos, Curtii unum;
r. 1882, pg. 85, et omnes fere
d „esse in summa salubritate“

„in altitudine“ vulgari sermoni

it etiam Cato „in iuga singula

ne usurpatum haec addas: Tac.
modum; sic posteriores saepe);
nem; in faciem (pro „in speciem“;
g. 20: in honorem, argumentum.
cf. Reissig pg. 708; Vell. Pat.
tribuit); Flor. saepissime, Thome
in iram; 1, 26, 8: in spumam

praep. Tac. prgr. pg. 21: ad
lem valet quod „auf etwas hin“,
mortem parentum pecunias dare.,

1 et 2, 97, 1 „in omnia“, cf.

37).
e. hist. 5, 11.

bter“ etiam Catull 65, 7.

hmann pg. 115).